



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Ad Felicem Zachiam, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

*Emicuit ; vitamq̄, & grandia facta secutus  
 Defleſti egregij caſum miſeratus amici:  
 Quæ circum accipiens longè exaudita, reſultans  
 Aſſonat, ingeniumq̄, tuum ſibi vendicat Orbis.*

A D  
 FELICEM ZACHIAM,  
 NATALIS RONDININI  
 defuncti matrem.

**V** Idit ut ereptum properato funere natum,  
 Flentibus immoto pectore mater ait:  
 Mortalis genui mortalem, animoq̄, supremum,  
 Cum peperit, occurrit tempus & atra dies.  
 Vana tamen ratio, & rerum te fallit imago,  
 Pace tuâ liceat dicere, docta parens.  
 Perlege NATALEM celebrantium carmina, in ævum  
 Carmina diuinis edita ab ingeniis:  
 Teq̄, immortalē nati de nomine, & illum  
 Laudibus æternum viuere noſce ſuis.

## SOLARIVM ABSQVE GNOMONE

BERNARDINI CARD. SPADÆ,

**H**Orarum interpres quòd nullà tangitur umbra,  
 Tempora sed toto linea sole notat,  
 Multa animo volvis, dum causam queris, & esse,  
 Quidquid id est, mira colligis artis opus.  
 Falleris: hìc puro splendent ubi cunèta nitore,  
 Et Domini fulget lumine clara domus,  
 Haud locus est umbra: non hìc famulantibus horis  
 Dum properat, raptim tempora lapsa docet;  
 Usque sed eximiè dilecti Phæbus ab alto  
 Nobile in obsequium Principis ipse venit.

A D

## F E R D I N A N D V M

F V R S T E N B E R G I V M,

De Thynni capite dono misso.

**M**isisti mihi, Ferdinande, munus  
 Magnum, Iuppiter! atque sumtuosum:  
 Sed magnum quod amiculo immerenti  
 Næ malum dedit, ac repentè viuum, &  
 Videntem, propè ad incitas redegit.  
 Nam dum relligio mihi, quod abs te

Tuisq

AI  
 Tuisq  
 Ferro  
 Tam  
 Et sin  
 Letus  
 Ere  
 Arm  
 Tant  
 Adm  
 Lance  
 Tum q  
 Incen  
 Quan  
 Ferclu  
 Nostr  
 proin  
 Mitt  
 Hac a  
 Balen  
 Destin  
 Fortun  
 Meti  
 Decent